



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XLVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Marienaltar in der Kapelle vor dem Wusterhausenschen Thore in Kyritz Hebungen aus der Münze, am 9. Januar 1361.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

gemacken, Eren vnnde vrieheiden in alder Wiese, alset vorgehat vnnndt beseten hebben die Vasten Lude Reinken von Mintstedden vnnde sien Sohn Hennigh, vnde vns dat die hochgeborn forste vnde herr Vnse gnedige here Margräve Ludewig de Römer, Marggräve to Brandenburg, gelegen het to einem rechten ervleihne, So doch scolle wy vnnde willen vnfen vorgeandten liven heren, deme Marggreven to Brandenburg, edder seinen Erven dat hiefs vnde Gut wedder to kope geven vnde laten vm dat vorbenombde Geldt, oft he dat hiefs vnde Gut sich sülven oder sienen Erven vnnde anders niemanden hebben wil noch kopen, wen em oder sienen Erven des lüftet, vnde loven em det stede vnde Gantz to holdende mit Vhrkunde deses Briefes, die versegelt is mit vnsem Ingelegele vnde gegeben to Sehufen, nah Godes Gebort dusent jahr, drihundert jahr, dana in dem ses vnnde vestigsten Jahre, des Mitwekens nach vnser herren Godes himmelfahrt.

Aus Seibell's handschriftlicher Urkunden-Sammlung 42, f. 13.

XLVI. Der Rath zu Perleberg bittet den Rath zu Stendal um Herausgabe eines Nachlasses, im Jahre 1359.

Honestis viris et multum prouidis Consulibus et Scabinis prefectis Ciuitatis Stendal Consulibus ciuitatis perleberch obsequiosam in omnibus voluntatem. Ad noticiam vestram ac omnium, quorum interest deduci cupimus per presentes, nos publice protestando, quod Mechtildis presentium exhibitrix fuit soror thiderici conen patris Wolben, apud vos defuncte, ex legitimo thoro procreati (sic) et ex eisdem parentibus, que ut nobis dixit quedam bona reliquit seu dimisit, propter quod honestatem vestram ad instantiam prefate paupercule dignum duximus exorandam, quod eandem dominam iusticie ac dei intuitu promoueatis vt dicta bona, que eius consanguinea reliquit, si forma iuris vobis tantum exiguerit seu postulauerit percipienda presententur. In cuius rei testimonium nostre ciuitatis Sigillum de cera tergotenus presentibus est impressum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>.

Nach dem Originale im Stendalschen Archiv.

XLVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Marienaltar in der Kapelle vor dem Buserhausenschen Thore in Kyritz Gebungen aus der Münze, am 9. Januar 1361.

Nouerint vniuersi etc. Quod nos Ludowicus Romanus etc. nostro et illustris principis Ottonis etc. Ob iugem Magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum

nostrorum, nostre, heredum et Successorum nostrorum animarum memoriam Et specialiter ad instantem requisicionem discreti viri Bordekini Senioris, Cuius in kyritz, fidelis nostri dilecti, Appropriauimus, donauimus presentibusque appropriamus et donamus sex frusta reddituum annuorum in moneta dicte Ciuitatis nostre kyritz sita, de dicta moneta singulis annis in festo sancti Martini deriuanda, que idem Bordekinus prius a nobis nomine pignoris tenuit et possedit, Ad altare beate Marie virginis situm in Capella foris Ciuitatem ante ualuam versus wulsterhusen, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo quiete et pacifice sine impedimento quorumlibet pertinenda, Renunciantes etc. In cuius rei etc. presentibus hufenero, Trutenberg, Jo. de waldow, militibus, Mathya de Bredow, Coquine nostre magistro, et Alhardo Ror cum ceteris. Datum kyritz, Anno Sexagesimo primo, Sabbato proximo post festum Ephyphanie domini.

Aus dem Magogky'schen Copialbuche No. XV.

**XLVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet Gebungen auf Antrag der Bürger Völle dem Katharinen- und Marien Magdalenen=Altar in Kyritz, am 9. Jan. 1361.**

Nouerint vniuersi etc. Quod nos Ludowicus Romanus etc. nostro et illustris fratris nostri etc. Ob iugem et perhennem animarum Magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostre, heredum et Successorum nostrorum memoriam sempiternam et specialiter ad instantem requisicionem discreti viri Henningi Bollen, Cuius in kyritz, fidelis nostri dilecti, appropriauimus, donauimus presentibusque appropriamus et donamus Quatuordecim frusta cum octo solidis denariorum Brandenburgensium reddituum annuorum in moneta dicte Ciuitatis nostre kyritz sita et de dicta moneta singulis annis in festo beati Martini deriuanda, quorum reddituum Idem henningus duo frusta cum octo solidis denariorum Brandenburgensium a hynrico Ertmer ciue ibidem et duo frusta a Cunone, dicto Paris, que quondam Johannes de tzigefor possidebat, sua propria pecunia comparauit, Residua vero decem frusta dictus Henningus cum prefecto in kyritz et aliis suis patris a nobis in pheodum tenuit et possedit, ad altare in Ecclesia Parrochiali dicte Ciuitas kyritz situm, in honore sancte katherine virginis et Beate Marie Magdalene consecratum, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo quiete et pacifice sine impedimento quorumlibet pertinenda. Debebit etiam Altarista siue presentatus ad dictum altare per plebanum in kyritz, qui pro tunc fuerit, singulis annis videlicet quarta feria post diem sancte katherine ad peragendum anniuersarium quondam Henningi Bollen et Margarethe ipsius vxoris, Lamberti Bollen quondam prefecti in kyritz et omnium dicti henningi parentum tam precedentium quam succedentium de dictis redditibus dare plebano in kyritz, qui pro tunc fuerit, quatuor solidos denariorum Brandenburgensium, Cuilibet Cappellano et altariste, qui presens fuerint, sex denarios, Rectori scolarum, si cum scolaribus presens fuerit, duos solidos et Custodibus ecclesie vnum solidum denariorum Brandenburgensium, Ad quod faciendum Plebanus in kyritz ipsum Altaristam compellere tenebitur et debebit. Residuum vero de dictis redditibus ipse altarista sibi, qui pro tunc fuerit, reseruabit. Si eciam dictam Monetam nostram mutare vel ad alium locum nos trans-